

raphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti júbeas, deprecámur, súplici confessióne dicéntes:

Ps 21.17-18 COMMUNION

FODÉRUNT manus meas, et pedes meos: dinumeravérunt ómnia ossa mea (T.P. Alleluía).

Thy majesty, the dominions worship it, and the powers stand in awe. The heavens and the heavenly hosts, and the blessed seraphim join together in celebrating their joy. With these we pray Thee join our voices also, while we say with lowly praise:

They have dug my hands and my feet: they have numbered all my bones (P.T. Alleluía).

POSTCOMMUNION

FÁCIEM tuam, quæsumus, Dómine, super nos benígnus illúmina: ut tuas justificatiónes édocti, per hæc sacrosáncta mystéria blandiéntem mundum elúdere et persequéntem superáre possímus. Qui vivis et regnas.

Graciously make thy Face to shine upon us, we beseech thee, O Lord: that being taught thy justifications, we may by these most holy mysteries be able to outwit the world when it beguiles us, and overcome when it assails us: thou who livest and reignest.

PROPER of the MASS FEAST OF THE HOLY FACE

Tuesday before Ash Wednesday

Phil 2.8-9 INTROIT

HUMILIÁVIT semetípsum Dóminus Jesus Christus usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod et Deus exaltávit illum, et donávit illi nomen, quod est super omne nomen (T.P. Alleluía, Alleluía). Ps. 88.2. Misericórdias Dómini in ætérnum cantábo: in generatióne et generatióne. V. Glória Patri.

Our Lord Jesus Christ humbled himself unto death, even to the death of the cross: for which cause God also hath exalted him, and hath given him a name which is above all names (P.T. Alleluia, alleluia). Ps. The mercies of the Lord I will sing for ever: to generation and generation. V. Glory be to the Father.

COLLECT

DÓMINE Jesu Christe, cujus sacratísimus Vultus, in passióne absconditus, sicut sol in sua virtúte relúcet: concéde propítius; ut tuis passiónibus comunicántes in terris, in revelatióne glóriæ tuæ gaudére valeámus in cælis. Qui vivis et regnas.

O Lord Jesus Christ, whose most holy Face, hidden away in thy passion, shineth forth as the sun in its power: mercifully grant that, sharing thy sufferings on earth, we may avail to rejoice at the unveiling of thy glory in heaven: who livest and reignest.

Zach 12.10-11, 13.6-7 EPISTLE

HÆC dicit Dóminus: Effúdam super domum David, et super habitatóres Jerúsalem spíritum grátiae et precum: et aspicient ad me, quem confixerunt: et plangent eum planctu quasi super unigénitum, et dolébunt super eum, ut doléri solet in morte primogéniti. In die illa magnus erit planctus in Jerúsalem, et dicétur: Quid sunt plagæ istæ in médio mánuum tuárum? Et dicet: His plagátus sum in domo eórum, qui diligébant me. Frámea, suscitáre super pastórem meum, et super virum cohæréntem mihi, dicit Dóminus exercítuum: percúte pastórem, et dispergéntur oves: ait Dóminus omnípotens.

Thus saith the Lord: I will pour out upon the house of David, and upon the inhabitants of Jerusalem the spirit of grace and of prayers: and they shall look upon me whom they have pierced: and they shall mourn for him as one mourneth for an only son, and they shall grieve over him, as the manner is to grieve for the death of the firstborn. In that day there shall be a great lamentation in Jerusalem, and it shall be said: What are these wounds in the midst of thy hands? And he shall say: With these I was wounded in the house of them that loved me. Awake, O sword, against the man that cleaveth to me, saith the Lord of hosts: strike the shepherd, and the sheep shall be scattered: saith the Lord almighty.

Outside Paschaltide:

Ps 68.21-22 GRADUAL

IMPROPÉRIUM expectávit cor meum, et misériam: et sustínui, qui simul mecum contristarétur, et non fuit: consolántem me quæsíví, et non invéni. V. Dedérunt in escam meam fel, et in siti mea potavérunt me acéto.

My heart hath expected reproach and misery: and I looked for one that would grieve together with me, but there was none: I sought for one that would comfort me, and I found none. V. They gave me gall for my food, and in my thirst they gave me vinegar to drink.

Outside Septuagesima and Lent:

ALLELUIA

ALLELÚIA, Allelúia. V. Ave, Rex noster: tu solus nostros es miserátus erróres: Patri obédiens, ductus es ad crucifigéndum, ut agnus mansuétus ad occisiónem. Allelúia.

Alleluia, alleluia. V. Hail thou, our King: thou alone hast had pity for our strayings: obeying the Father, thou wast led to be crucified, like a meek lamb to slaughter. Alleluia.

After Septuagesima the Alleluia and the verse are omitted and the following is said:

Is 53.4-5 TRACT

VERE languóres nostros ipse tulit, et dolóres nostros ipse portávit. V. Et nos putávimus eum quasi leprósum, et pecússum a Deo, et humiliátum. V. Ipse autem vulnerátus est propter iniquitátes nostras, attrítus est propter scélera nostra. V. Disciplína pacis nostræ super eum: et livóre ejus sanáti sumus.

Surely he hath borne our infirmities, and carried our sorrows. V. And we have thought him as it were a leper, and as one struck by God and afflicted. V. But he was wounded for our iniquities, and bruised for our sins. V. The chastisement of our peace was upon him: and by his bruises we are healed.

During Eastertide the Gradual is omitted and the following Alleluia is said:

PASCHAL ALLELUIA

ALLELÚIA, Allelúia. V. Ave, Rex noster: tu solus nostros es miserátus erróres: Patri obédiens, ductus es ad crucifigéndum, ut agnus mansuétus ad occisiónem. Allelúia. V. Tibi glória, hosánna: tibi triúmphus et victória: tibi summæ laudis et honóris coróna. Allelúia.

Alleluia, alleluia. V. Hail thou, our King: thou alone hast had pity for our strayings: obeying the Father, thou wast led to be crucified, like a meek lamb to slaughter. Alleluia. To thee be glory, hosanna: to thee triumph and conquest: to thee the crown of utmost praise and honour. Alleluia.

Jn 19.28-35 GOSPEL

IN illo témpore: Sciens Jesus, quia omnia consummáta sunt, ut consummarétur Scriptúra, dixit: Sitio. Vas ergo erat pósito acéto plenum. Illi autem spóngiam plenam acéto, hyssópo circumponéntes, obtulérunt ori ejus. Cum ergo accepisset Jesus acétum, dixit: Consummátum est. Et

At that time: Jesus, knowing that all things were accomplished, that the Scripture might be fulfilled, said: I thirst. Now there was a vessel set there full of vinegar. And they, putting a sponge full of vinegar about hyssop, put it to his mouth. Jesus therefore, when he had taken the vinegar, said:

inclináto cápite trádidit spíritum. Judæi ergo (quóniam Parascève erat), ut non remanérent in cruce córpora sábbato (erat enim magnus dies illi sábbati), rogavérunt Pilátum, ut frangeréntur eórum crura, et tolleréntur. Venérunt ergo mílites: et primi quidem fregérunt crura, et altérius, qui crucifixus est cum eo. Ad Jesum autem cum venissent, ut vidérunt eum jam mórtuum, non fregérunt ejus crura, sed unus mílitum láncea latus ejus aperuit, et contínuo exívit sanguis et aqua. Et qui vidit, testimónium perhíbuit: et verum est testimónium ejus.

It is consummated. And bowing his head he gave up the ghost. Then the Jews (because it was the Parasceve), that the bodies might not remain upon the cross on the sabbath day (for that was a great sabbath day), besought Pilate that their legs might be broken, and that they might be taken away. The soldiers therefore came: and they broke the legs of the first, and of the other that was crucified with him. But after they were come to Jesus, when they saw that he was already dead, they did not break his legs, but one of the soldiers with a spear opened his side, and immediately there came out blood and water. And he that saw it hath given testimony: and his testimony is true.

Psalm 67.36

INSURREXÉRUNT in me viri iníqui: absque misericórdia quæsiérunt me interficere: et non pepercérent in fáciem meam spúere: lánceis suis vulneravérunt me, et concússa sunt ómnia ossa mea (T.P. Allelúia).

OFFERTORY

Unjust men rose up against me: without mercy they sought to put me to death: and forbare not to spit in my face: with their lances they wounded me, and all my bones trembled (P.T. Alleluia).

SECRET

PROTÉCTOR noster, áspice, Deus, et réspice in Fáciem Christi tui, qui tibi semetípsum pro nobis hóstiam ób-tulit: et præsta; ut eámdem immaculátam hóstiam offeréntes, ipsi quoque in holocáustum tibi accéptum transeámus. Per eúmdem Dóminum.

Behold, O God our protector, and look on the Face of thy Christ, who offered himself to thee as a victim for us: and grant that we, offering the same spotless victim, may ourselves also come to be as a burnt offering welcome to thee. Through the same our Lord.

PREFACE OF THE CROSS

VERE dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: Qui salútem humáni géneris in ligno Crucis constituísti: ut unde mors oriebátur, inde vita resúgeret: et qui in ligno vincébat, in ligno quoque vincerétur: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Angeli, adórant Dóminatiónes, tremunt Potestátes. Cæli, cælórúmque Virtútes ac beáta Sé-

It is truly meet and just, right and availing unto salvation that we should at all times and in all places give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty and everlasting God. Who didst set the salvation of mankind upon the tree of the Cross, so that whence came death, thence also life might rise again, and that he who overcame by the tree might also be overcome on the tree: through Christ our Lord. Through whom the angels praise